

Des VI. Buchs VII. Cap.

Nunc timidum longa captabis arundine piscem ;

Nunc udo aëreum vimine fallis avem.

Nunc errare greges pecudum spectabis ab alto

Vertice : nunc sylvas, frigidaque antra subis.

Nusquam commodius, quam vivere rure beato :

Illa potest ipsos vita decere Deos.

Felices, quos rura juvant, quibus illa voluptas

Contigit : hoc optem vivere posse modo.

Hac ego vel Cræfos vita mutare ducentos,

Hac asini nolim ditia sceptrâ Midæ.

Sæpe hîc profuerit placidæ indulgisse quieti :

Sæpius at sanis præstat agenda dari.

Perdit enim validas vecors ignavia vires :

Confirmat modicus, restituitque labor.

Illa senectutem citius, quam debuit, adfert :

Hic ævi florem donat adesse diu.

Interdum thermas, interdum frigida inibis

Balnea : sæpe unges corpora, sæpe minus.

Sæpe cibus tuto poteris vulgaribus uti :

Sæpe frequens, alio tempore solus eris.

Nonnunquam plus quam decuit sumpsisse ciborum :

Nunc potes audacem non habuisse gulam.

Utilius multum, qui concoquit omnia, sumit :

Nulla quidem sanis regula certa datur.

Hæc poterunt servare alacres, & corpore firmi :

Jus libertatis nullius æger habet.

Sanus es, auxilium noli consumere morbi :

Ut si forte cadas, tu medeare tibi.

Nam cito destituunt consumptæ corpora vires :

Restituant validæ quamlibet ægra sibi.

FINIS.

ADDENDA.

Pag. 329. lin. 39. Zuckerwasser / add. oder Milch.

Pag. 330. lin. 6. Löffel / add. oder Querte.

APPEN-